Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26107
Copyright: Admont, Benediktinerstift



JJ8

ET INVENTI
sunt de filiis sacerdotum qui duxerant uxores alienigenas
de filiis iosue filii iosedech et fratres maasia et eliezer et iarib et
godolia. Hebrea huic loco aptant illud Zacharie prophete. Et osten
dit mihi dominum sacerdotem magnum stantem coram angelo domini et
satan stabat a dextris eius ut aduersaretur ei. Et paulo post. Et ibi erat
indutus uestibus sordidis et stabat ante faciem angeli. Et respondit
et ait ad eos qui stabant coram se dicens. Auferte uestimenta sordida
ab eo. Et dixit ad eum. Ecce abstuli a te iniquitatem tuam et induam te
mutatoriis. Et dixit. Ponite cidarim mundam super caput eius.
Recte inquit stabat satan a dextris eius ut aduersaretur ei. quia uera
erat accusatio. eo quod et ipse cum ceteris alienigenam accepisset uxo
rem. Quod autem dicit. quia ibi erat indutus uestibus sordidis. uel licet iniquitatis
uel ob cinugium illicitum uel ob peccata populi. uel ob squalorem captiui
tatis. Angelis autem ante eum faciem stabant ibi. praecepit ceteris angelis
ex persona domini. ut auferant ab eo sordida uestimenta. de quibus
diximus. Qui cum praeceptum opere complessent. rursus idem angelis loquitur
ad ibi. Ecce abstuli a te iniquitatem tuam. hoc est sordida uestimenta.
et induam te mutatoriis. hoc est iustitiae et cinugii copulam. Quod
sequitur. ponite cidarim mundam super caput eius. quam mitram a plerisque dicitur
in hac uolunt intelligi sacerdotii dignitatem. quod abluatur sordibus
peccatorum. mundum habuerit sacerdotium. Sed intuendum quod non sicut
et diuas ibi ipsum alienigenam duxisse uxorem sed quisdam de filiis
et fratribus eius. hoc facinore dicat esse polluto. quasi et culpa filiorum
ad patrem respiciat. nec perfecte possit esse iustus quia filios delinquentes
dum potuit corrigere neglexit. Vnde aiunt quidam praesumunt de ibu
phiam non ad filium iosedech sed ad dominum saluatorem esse referendum.